

www.e-rara.ch

**Plotini Platoniorum facile coryphæi Operum Philosophicorum Omnium Libri
LIV. In Sex Enneades Distributi**

**Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius**

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-74031>

Plotini ennead. tertiæ, liber III. Qui est de providentia secundus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

generantur, & interdum fortè viri præstantiores: & quando vrbibus opera malorum subuersis, ciuitates aliæ excellentiores constituuntur. Si ergo absurda est illa introductio supplementis animarum, hæc verò & mala & bona faciunt, detrahemus enim rationi bonorum auctoritatem efficiendorum, adimemus illi omnem prorsus malorum communionem, quidnam prohibet? Histrionum quoque gesta partes asserere, sicut fabulæ in comædia, sic & ipsius quæ in vniuerso est rationis: atque hic tum quod honestè, tum quod turpiter fit includi: adeo vt in singulos histriones sic ab ipsa ratione progressio fiat, quo perfectius est mûdanû hoc artificiû, omniaq; ab ipso ipsiusq; ratione cõprehenduntur. At verò malorû hinc effectus cuius nã gratia cõcedetur? Atqui & animæ diuiniore nihil amplius esse videbuntur in vniuerso, sed partes erunt rationis omnes: atq; vel ipsæ rationes omnes erunt animæ, vel cûr nam aliæ quidem rationes erunt animæ, aliæ verò rationes tantû, cum tamen vniuersa ratio sit anima quædam?

A Βελτίους αἱ δὲ εἰς τὴν πόλιν αἱ ἀλλοτρίαι αἰμαίνονται, τῶν πεπονημένων ὑπὸ ἀνδρῶν πονηρῶν. εἰ οὐκ ἄτοπόν ἐστι εἰσαγωγὴ τῶν ψυχῶν, αἱ μὲν τὰ πονηρὰ, αἱ δὲ τὰ χρηστὰ ἐργάζονται. ὁποτέρῃσιν γὰρ τὸν λόγον, καὶ τῶν χρηστῶν, ἀφαιρουῖτες αὐτὰ τὰ πονηρὰ, τὴν καλῆν, καὶ τὰ τῶν ὑποκριτῶν ἐργα μέρη ποιεῖν, ὡς περὶ τῶν δράματων. ὁ καὶ, ἔτι καὶ τὸ ἐν τῷ παντὶ λόγῳ, καὶ ἐν ταύτῃ καὶ τὸ κακῶς, ὅτι ἐναντίον. ὡς περὶ ἐκάστων τῶν ὑποκριτῶν, ἔτι καὶ αὐτὰ τὸν λόγον, ὅσῳ πλείον περὶ τῆς τοῦ δράματος, καὶ πάντα τὰ αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τὸ κακὸν ποιῆσαι, ἵνα τὴν καὶ αἱ ψυχῆαι δὲ, ἔσθ' ἐπὶ ἐν τῷ παντὶ αἱ θεώτεραι. ἀλλὰ μέρη λόγου παῖσαι, καὶ ἡ οἱ λόγοι παῖτες ψυχῆαι, ἡ δὲ τὴν οἱ μὲν, ψυχῆαι οἱ δὲ λόγοι, λόγοι μόνον, πάντες ψυχῆς πινὸς ὄντες.

ΠΛΟΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Γ.

PLOTINI

ENNEAD. TERTIAE

LIBER III

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΔΕΥΤΕΡΗΣ.

Qui est de Prouidentia secundis.

Qualis sit
vniuersalis
natura, &
quàm facili
prouidentia,
vbi multa
rediguntur
in vnum.



VID ergo de his dicendum existimamus? Fortè & mala simul & bona ratio vniuersa complectitur, cuius hæc quoq; sunt partes. Nõ enim vniuersa ratio hæc gignit: sed vnã cum his existit tota. Ipsius namq; animæ vniuersæ actus sunt rationes, partiũ verò partes. Cum verò vna differentes habeat partes, simili quadam proportionatione rationes distribuuntur: quapropter & opera quæ vltimæ genituræ sunt, similiter disponuntur. Cõcordes verò inter se sunt animæ, cõsona quoq; sunt opera: cõsona inquã ita, vt vnũ quiddã ex ipsis vel contrarijs cõstruatur. Cũcta enim ex vno quodã fonte manãtia, in vnũ quoque cõfluunt necessitate naturæ. Quamobrè varia germina vel contraria deniq; facta ex eo, qd ex vno pullulant, in vnũ deniq; ordinẽ contrahuntur. Quamuis enim in singulis animalibus, ceu in equorum genere pugnent inuicem: quamuis inter se mordeant, quãuis certa-



Εἰ πίνω δοκεῖ περὶ τῶν; ἡ καὶ τὰ πονηρὰ καὶ τὰ χρηστὰ, λόγος παῖς. ληφέν ὁ πᾶς, ἔτι μέρη καὶ ταῦτα. καὶ ὁ πᾶς λόγος γινῆται ταῦτα, ἀλλ' ὁ πᾶς ἐστὶ μετὰ τῶν. ψυχῆς γὰρ πινὸς πάσης ἐνέργεια: οἱ λόγοι. τὸ δὲ μέρων τὰ μέρη, μιᾶς δὲ διαφοράς ἐχέσης μέρη, ἀνάλογον. ὅτι οἱ λόγοι, ὡς τε καὶ τὰ ἐργα ἐλάχιστα ὄντα γινῆματα σύμφωνοι ἢ αἱ τὴν ψυχῆαι, πρὸς ἀλλήλας τὰ τὰ ἐργα. σύμφωνα ἢ ἔτι, ὡς ἐν αὐτῇ. ὅτι ἐξ εἰς πάντων. ὅτι γὰρ ἐνός τινος ὁρμηθέντα πάντα, εἰς ἐν συνεχεῖ φύσεως ἀνάγκη. ὡς τε καὶ διαφοράς ἐκ φύσεως καὶ ἐναντία γενόμενα, τῶν ἐξ εἰς εἶναι συνελκεῖ. * ὁμοῦς, εἰς συντάξιν μιᾶς. ὡς * ὁμοῦς περὶ καὶ ἐφ' ἐκάστων ζώων ἐν ἰππῶν γένει, καὶ μάχονται, καὶ δάκνυσιν ἀλλήλους, καὶ

τὴ εἰς τὸ κρεῖττον, αὐτὸς αἴτιος ἐαυτῷ ὁ μὴ
 ποιήσας· εἴ μὴ πρὶν αὐτῷ, ἀλλ' ἐδὲ ἐξώθεν
 ποιεῖσθαι πρὶν τῷ ἡμῶν, ἀπορος ὁ τὸ πλε
 ὄν ἀπαιτῶν τῶ δ' οὐκ ἔστι. ὡς περ εἰ καὶ ἐπὶ
 τῶν ἄλλων ζώων ἀπαιτῶν, καὶ τῶν φυγῶν,
 δεῖ γὰρ ζητεῖν, εἰ ἐλαττον ἄλλῃ, ἀλλ' εἰ ὡς αὐ
 τὸ αὐτῶς καὶ γὰρ πάντα ἴσα ἐδεῖ, ἀρ' οὐ μὲ
 τρησαντος αὐτῷ περαιτέρω τῷ μὴ δ' ἂν πάν
 τα ἴσα; ὁ δ' αὖτως, ἀλλ' ἔτι κατὰ φύσιν εἶχε B
 γενέσθαι. ἀκόλουθον γὰρ ἔστι ὁ λόγος, ψυ
 χῇ ἄλλῃ. ἀκόλουθον δὲ ψυχῇ αὐτῇ, νῶν νῦν
 δεῖ, ὅτι τῶν πᾶσι, ἀλλὰ πάντα. τὰ δὲ πάν
 τα, πολλὰ, πολλὰ δὲ ὄντα, καὶ ὅτι ταυτὰ, τὰ μὲν
 πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα, τὰ δὲ ἐφεξῆς, καὶ τῇ
 ἀξία ἐμελλεν εἶναι, καὶ τοῖσι καὶ τὰ γινόμε
 να ἴσα, ὅτι ψυχῇ μόνον, ἀλλὰ ψυχῶν ἐλατ
 τώσεως, οἷον ἐξίτηλον ἢ δὴ περιόντων. ὁ γὰρ
 τῷ ζῶν λόγος καὶ ἐν ψυχῇ ἢ, ἐπεὶ ψυ C
 χῇ ἐκείνῃ ἀφ' ἧς ὁ λόγος. καὶ ὁ σύμπαρ
 εῖσθαι, ἐλαττον δὴ γίνεσθαι πρὶν αὐτῶν εἰς ἄλλῃ.
 καὶ τὸ γινόμενον ἐξ αὐτῷ ἐνδεέστερον, σκόπη
 δὴ ὅσον ἀφ' ἐξῆς τὸ γινόμενον, καὶ ὅμως ἐπὶ
 ταῦτα. ὅτι τοῖσι εἰ ποῖσθαι τὸ γινόμενον, καὶ
 τὸ πρὶν αὐτῷ ποῖσθαι. ἐστὶ γὰρ πάντες κρεῖττον
 τῷ γινόμενον. καὶ ἐξ αὐτῶν, καὶ μᾶλλον ταυ
 τῶν, ὅτι ἐδὲ καὶ πρὶν αὐτῷ, καὶ τὰ ἔχον D
 αὐτῷ ταῦτα, εἰ δὲ δὴ καὶ πλεον ἐδὲ καὶ ὅ
 σον ἔχον καὶ ἡσυχάζον, ὅτι μᾶλλον ὡς περ
 ὡς τε κινῶν εἶναι τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοῦ γινο
 μένου εἶναι, τὸ γὰρ τῆς περὶ αὐτοῦ μετρίως ἔχειν.

Α' ΠΛΟΥ' μὲν γὰρ ὄντων τοῦ ἀνθρώπου,
 λέγω δὲ ἀπὸ τῶν, ὡς τῷ τὸ πεποιθὲν μόνον
 ὄντων, καὶ κατὰ ταῦτα ποιοῦντων καὶ
 πάσχοντων, * ἀπείναι αἰτίας ἢ κατὰ τὴν E
 ἐπιτήρησιν, ὡς περ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν ἄλλων.
 νῦν δὲ ἀνθρώπου μόνον ἐν ψόγῳ ὁ κακός,
 καὶ τῷ τὸ ἴσως διόλογος. ὅτι μόνον ὁ πεποι
 τῶν εἶναι, ἀλλ' ἔχει δὲ καὶ ἄλλῃ ἐλθέσθαι,
 ἐκ ἐξ ὧν τὸ περὶ αὐτοῦ εἶναι. ὅτι ὁ λόγος ὅλος.
 ὅτι ἀπὸ τῆς ἐνείας τῶν, ἀλλ' ἐπὶ ἀμ
 πειν τὰ κρεῖττω πῶς. χεῖρωσι, καὶ ἡ περὶ αὐ
 τῶν εἶναι τῷ. καὶ λόγος ὁ μὲν ποιητικὸς, ὁ
 δὲ συνάπτικος τὰ κρεῖττω πῶς γινόμενοις. κα
 κείνα περὶ αὐτοῦ ἢ ἀνῶθεν, ἢ δὲ διὰ τῆς αἰ
 ὁ ἑτέρος λόγος συνημμένον ἐκείνων. καὶ γί
 νεται ἐξ ἀμφοῖν πᾶν πλέγμα, καὶ περὶ αὐτοῦ
 ἢ πᾶσι. δὲ καὶ μὲν ἔχον ἄλλῃ ἀνθρώπου,
 ὅτι πάντες ὅτι πᾶσιν οἷς ἔχον ἡμῶνται. ἀλλ' οἱ
 μὲν τῇ ἐτέρῃ, οἱ δὲ τῇ ἐτέρῃ, ἢ ταῖς ἐτέραις ταῖς
 χεῖρωσι ἡμῶνται. παρὲς δὲ καὶ καὶ αὐτῶν ὅτι G
 ἐν ἐργασίᾳ εἰς αὐτῶν, ὅτι γε * αὐτῶν δὲ γὰρ
 σαι. περὶ αὐτοῦ γὰρ ἐκαστον, τὸ αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς
 τῶν ὅτι ἐκαστον. αἰτία τὴν, εἰ ποῖ πῶς
 enim quodlibet suum opus, sed interdū in hos minimē operatur. Interrogabit fortē quispiā qua-

Ad consequi posse iudicet, accusare debet homi
 nem, non auctorem : sin autem non à seipso,
 sed extrinsecus ab effectuore aliquid insuper ad
 ditum fuisse desideret, stultus erit qui plus quā
 sit datum efflagitauerit : perinde ac si in cæteris
 animalibus plantisque supra modum naturæ
 desideret. Nō enim oportet inquirere, num hoc
 minus quā illud habeat : sed nunquid hoc fa
 tis quod naturaliter habere expedit, habeat : nō
 enim equalia esse oportuit omnia. Nunquid igitur
 inæqualis rerum distributio facta est dime
 tiente ratione per electionem quandam decer
 nentem non omnia æqualia esse debere? Nequa
 quam : verū sic fieri naturaliter habuit. Pedise
 sequa enim est ratio hæc alterius animæ, pedise
 sequa & anima ipsa mentis. Mens autem non
 vnum aliquid horum est, sed cuncta : cuncta ve
 rò sunt multa : multa rursus cum sint nec eadē,
 nimirum alia quidem prima, alia verò secunda,
 alia deniq; tertia dignitate oportuit esse. Quin
 etiam quæ fiunt animalia, non animæ solū
 sunt, sed animarum decrementa quædam quasi
 in exile quiddam iam procedentium. Nam ra
 tio animalis quamuis sit animata, per aliam ta
 men animam dicitur animata, non per illam à
 qua ratio manat. Quin & vniuersa hæc ratio
 iam quasi decrescit, dum in materiam inclina
 tur, & quod ex ipsa gignitur, prouenit imperfe
 ctius. Considera precor quanto iam interuallo
 distat ab origine quod est factum, & tamē quan
 tum adhuc sit admirandum. Neque tamen si ta
 le quiddam est quod gignitur, etiam quod ante
 ipsum est omnino tale putandum. Nempe om
 ni effectu omnino præstantius est, extraq; caus
 sam extat, magisq; mirandum quod aliquid e
 didit post seipsum, taliaq; ipsius vestigia sunt.
 Quod si plus tradidit quā res capere possent,
 magis etiam id approbandum : vnde appareat
 culpam omnem in effectus reiiciendam : proui
 dentia verò munus abundantius esse.

Si homo esset simplex : simplex, inquā, si id so
 lum esset, quod habuit ab initio, atq; secundum
 id ipsum ageret, patereturq;, proculdubio que
 relæ omnis occasio procul abesset, quemadmo
 dū in cæteris animalibus compertū habemus.
 Nunc autem vituperatio locum habet tantū in
 homine malo, idq; forsan nō absq; ratione. Non
 enim solū id est quod est factus, sed principiū
 aliud habet liberū, neq; tamē extra limites proui
 dentia & rationis vniuersæ peruagans. Non
 enim ab his nostris superiora illa dependēt, sed
 micant meliora peioribus, idq; pfecta prouiden
 tia est. Atqui & ratio altera quidē est efficiens, al
 tera verò his quæ sūt meliora cōiungens. & illo
 rum quidē ordo prouidentia est desuper agens :
 hæc autē à superiori prouidentia est : altera cer
 tē ratio illi rationi cōnexa, totusq; ex ambabus
 cōtextus efficitur, omnisq; prouidentia. Homi
 nes igitur principium aliud possident, non om
 nes tamē omnibus quæ habent vtuntur, sed alij
 quidem alio vtuntur principio, alij verò alio,
 vel alijs, atque peioribus. Adsunt autem illa
 quoq; principia etiā in eos non operantia : neq;
 tamen ipsa in se procul ab actu torpentia : agit

IIII

De intelle
 ctu, & rati
 one, & ima
 ginatione.
 Cur homi
 nes natura
 semper vici
 osi ratione.
 Cur anima
 fiat deterior,
 quod nō ita
 sit in bestias.

* ἀπὸν αἰ
 τία

* καὶ ταῖς

re cum adfint non operentur: an fortè non adfint: quanquam omnino adesse fatemur, nihilque esse ab his destitutum. Forfan verò his non adesse dicendum, in quos nò agunt. Cùr igitur non in omnes agunt: siquidem & hæc eorum partes existunt, dico autem tale principium. In alijs quidem animalibus, non ipsorum est hoc principium, in hominibus autem nequaquam in omnibus. Nunquid igitur non in omnibus, non tantum id principium? Sed cur non solum: in quibus autem solum, & secundum hoc vivere conuenit: secundum verò alia quatenus cogit necessitas. Siue enim compositio talis est, ut quasi in turbulentum præcipitur, siue concupiscentiæ superent similiter causam in subiectum ipsum reijcere necessarium est. Verum primum quidem videbitur non amplius in ratione esse causam, sed potius in materia: atque ita non ratio, sed materia dominabitur: deinde subiectum, ut formatum est, vel potius subiectum principio ratio est, & quod ex ratione factum, existensque secundum rationem. Quapropter non materia dominabitur, deinde formatio sequetur: quinetiam quod talis sit, poterit quis causam in præcedentem vitam referre, quasi ratio ex antecedentibus facta sit debilis, si cum ratione conferatur superiore. Quippe cum anima facta sit infirmior, deinde illustret, tum ratio ipsa dici debet in seipsa habere etiam materiæ rationem: quam quidem materiam sibi operabitur secundum se ipsam, materiam finis, vel nata concordem. Ratio enim seminaria bouis non in alia quam bouis materia est: unde & in alia etiam animalia, inquit, animam destinari, quippe cum anima facta sit alia, ratioque euaserit iam diuersa, ut bouis anima fiat, quæ homo antè fuerat, quapropter iustitiæ ipsius iudicio fit deterior. Sed à principio cur deterior anima facta est, & quomodo aberrauit, sæpe dictum est, non omnia esse prima, sed quæ secunda, tertiæ uel sunt, deteriore quam superiora habere naturam. Item exiguum inclinationis momentum satis efficit, ut rectum transgrediamur. Præterea complexio alterius cum altero quasi quædam commixtio est ad tertium quiddam ex utrisque conficiendum. Neque quod erat hic imminuitur, sed quod minus est, factum est ab initio minus, atque est quod factum fuit secundum naturam suam minus: ac si quod inde consequens est patitur, pro dignitate patitur. Accedit ad hæc, quod ad præcedentem vitam referenda comparatio est: nam ex illis quæ in illa facta sunt atque concessa sequentia deducuntur.

Quod oportet esse diuersos rerum gradus. quod providentia distribuit singula geometricæ proportionis æqualitate, quod factum servit providentiæ de libero arbitrio.

PROCEDIT igitur providentia ab initio ad finem desuper se diffundens: nec æquali secundum numerum portione, sed secundum comparationem quandam proportionis aliter distribuit alibi: quemadmodum in vno quodam animali à principio ad extremum rite connexo, membrum quodlibet munus proprium possidet, & melius quidem actionem habet præstantiorem, deterius autem inferiorem sibi conuenientem. Patitur quoque proprias passiones tum sibi, tum ordini ad aliud directo conuenientes.

A ἀν, παρῶσαι, ἡ ἐπείρεσι, καὶ τοῖς πάντεσσι φα-
μεν παρῶσαι, καὶ ἐν ἐρημίῳ, ἡ ἐν ταῖς οἰς, ἐν οἷς
μὴ εἰς αὐτὰς ἐνεργεῖ. διὰ τὴν οὖν οὐκ ἐνεργεῖ
εἰς πάντας, εἴπερ μέρη καὶ ταῦτα αὐτῶν λέγω
δὲ τὴν δέχλην τὴν ποιαντὴν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἁλ-
λων ζώων, οὐκ αὐτῶν ἡ δέχλη αὐτῶν. ἐπὶ δὲ
ἀνθρώπων, οὐκ ἐπὶ πάντων. ἀρ οὖν οὐκ ἐπὶ
πάντων, καὶ μόνον ἡδε, ἀλλὰ διὰ τί καὶ μόνον;
ἐφ' ὧν ἡ μόνον κατα τὰύτην τὸ ζῆν. πᾶσι δὲ
ἀλλὰ ὅσον ἀνάγκη. εἴτε γὰρ ἡ σύστασις ποιαντῆ
ὡς οἷον εἰς θολερὸν ἐμβαλεῖν, εἴτε διὰ τὴν
καρτερῶσιν, ὅμως ἀνάγκη λέγειν ἐν τῷ ὑπο-
κειμένῳ τὸ αἶπον εἶναι. ἀλλὰ πρῶτον μὲν δό-
ξα ἐκ ἐπὶ ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ὑ-
λῃ. καὶ ἡ ἡλὴ ἐχ' ὁ λόγος. κατατήσεται, εἴτε τὸ
ὑποκείμενον ὡς πέπλοισι. ἡ τὸ ὑποκείμε-
νον τῇ δέχλῃ ὁ λόγος ἐστὶ, ἐπὶ τὸν κατὰ τὸν λόγον γε-
νόμενον, καὶ ὃν κατὰ τὸν λόγον, ὡς περὶ ἡ ὑλὴ
καρτερῶσιν, εἴτε ἡ πλάσις, καὶ τὸ πρῶτον εἶναι,
ἐπὶ τὴν προτέραν βιοτὴν * ἀν' ἀρχῶν * ἀνάγει
πῆ, οἷον γινόμενα ἐκ τῶν προτέρων ἀμύδρῃ, ὡς
πρὸς τὸν πρῶτον αὐτῶν λόγον. οἷον ψυχῆς ἀσ-
θενεστέρας γινόμενης, ὑπερὸν ἢ ἐκλάμψαι,
καὶ ὁ λόγος δὲ γινώσκων ἔχειν, καὶ τὸν λόγον αὐ-
τῶν ἐν αὐτῷ τῆς ὑλῆς ἢν αὐτῶν ἐργάζεται, ποιῶ-
σας καθ' αὐτὸν τὴν ὑλὴν, ἡ σύμφωνον δι-
κῶν. καὶ γὰρ ὁ τῶν βοῶν λόγος ἐπ' ἄλλης, ἢ βοῶν
ὑλῆς ὅθεν καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῶα φησὶν εἰς κέρ-
νεσθαι. οἷον ἄλλης τῆς ψυχῆς γινόμενης. ἐ-
περοισθέντος τῶν λόγων, ἵνα γίνηται ψυχὴ βο-
ῶν, ἡ προτέρων ἢν ἀνθρώπων. ὡς περὶ κατὰ δι-
κῶν ὁ χείρων, ἀλλ' ἐξ δέχλης διότι ὁ χείρων
ἐγίγνετο, καὶ πᾶς ἐσφάλη, πολλὰ καὶ εἴρηται,
ὡς καὶ πρῶτα πάντα ἀλλ' ὅσα δὲ πρῶτα καὶ τρί-
τα ἐλάττω τὴν φύσιν τῶν πρὸ αὐτῶν ἔχει, καὶ
συμμετρὸς ὅτι ἀρκεῖ εἰς ἐκβάσιν τῶν ὀρθῶν. καὶ
ἡ συμπολοκὴ δὲ ἡ πρὸς ἄλλο ἄλλῃ, ὡς πρὸς
σύγκρασις ἐστὶν ἐτέρῃ ἐξ ἀμοφοῦν γινόμενα. ἐ-
στὶν ὅντ' ἐπὶ, ἡ ἐλάττωσεν ἀλλὰ ἐγένετο ἐξ δέ-
χλης ἐλάττω τὸ ἐλάττω, καὶ ἐστὶν ὅ ἐγίγνετο κα-
τὰ τὴν φύσιν τὴν αὐτῶν ἐλάττω. καὶ εἰ τὸ ἀκόλ-
ητον πάσχει, πάσχει τὸ κατ' ἀξίαν. καὶ εἰς τὰ
προβεβιωμένα ἢ ἀναπέμπειν δὲ τὸν λογισ-
μόν, ὡς κακεῖθεν ἡρτημένον ὧν ἐφεξῆς.

ΓΙΝΕΤΑΙ τὴν ἡ πρόνοια, ἐξ δέχλης εἰς
τέλος κατεῖσαι, ἀνῶθεν ἐκ τῆς οἷον κατ' ἀριθ-
μόν. ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν, ἀλλὰ ἐν ἄλλῳ τό-
πῳ. ὡς περὶ ἐπὶ ζῶα ἐν οἷς εἰς ἔχρατον ἐξ δέ-
χλης ἡρτημένα. ἐκάστω τὸ οἰκεῖον ἔχοντος. ὡς
βελτίονος, τὸ βέλτιον ἢ ἐνεργείας. ὡς ἡ πρὸς
ἐκὰς ἡδὴ. ἐνεργῶν τὸς περὶ αὐτῶν καὶ πάχον-
τος, τὰ ὅσα αὐτῷ οἰκεῖα πατήματα πρὸς αὐ-
τό τε καὶ πρὸς τὴν συντάξιν τὴν πρὸς ἄλλο.
καὶ

καὶ δὴ καὶ ἔτι πᾶσι πλεονέχοντα, ἔτι τῶς ἐφ' ἑαυτῶν
 πρὸς φωνήεντα, τὰ δὲ σιωπῇ πάσχει, καὶ κινεῖται
 πρὸς ἀκόλητα. Ἐκ τῶν φθόγγων ἀπ' αὐτῶν, ἔκ
 τῶν παθημάτων, ἔκ ενεργημάτων, μία τῶν
 ζωῶν οἷον φωνή, καὶ ζωή, ἔστις. Ἐν δὲ καὶ τὰ
 μόρια διάφορα ὄντα, καὶ διάφορον τὴν ἐνερ-
 γειαν ἔχοντα, ἄλλο γὰρ ποιῶσι πόδες, ὁ φθαλ-
 μοὶ δὲ ἄλλο, διάνοια δὲ ἄλλο, ἔτις ἄλλο. ἐν
 δὲ ἐκ πάντων, καὶ προνοία μία, εἰμαρμένη
 νη δὲ δὸς τῆς χείρονος ἀρχαμένη. τὸ δὲ ὑπερ-
 ἄνω πρόνοια μόνον, τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ
 τῷ νοητῷ πάντα, λόγος δὲ ὑπερλόγον. νῦν γὰρ
 καὶ ψυχὴ καθαρά, τὸ δὲ ἐν τῷ φθόνῳ ἢ ὅσον μὲν
 ἐρχεται ἐκείθεν, προνοία. καὶ ὅσον ἐν ψυχῇ
 καθαρά, καὶ ὅσον ἐν ταῦθα εἰς τὰ ζῶα. ἐρχέ-
 * μεν γὰρ μὲν ὁ λόγος, ὁ δὲ ἴσα, ὅθεν καὶ δὲ ἴσα
 ποιῶν, ὡς περὶ ἐν τῷ ζωῷ ἐκάστω. τὸ δὲ ἐν τῷ φθόνῳ
 ἢ δὴ ἀκόλητα μὲν τὰ δρώμενα, καὶ προνοία
 ἐπόμενα, * ἢ τις δρώη θεοῖς φίλα. καὶ γὰρ θεο-
 φίλης ὁ λόγος ὁ προνοίας. συνείρεται μὲν
 οὖν, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἔργων. πεπληται δὲ ἔ
 προνοία, ἀλλὰ γινόμενα ἢ ὑπὸ ἀνθρώπων
 τὰ γινόμενα, ἢ ὑπὸ ὀντοῦ. ἢ ζωὴ ἀψύ-
 χη, ἢ ἐφ' ἑξῆς τῶν τριῶν, καὶ πάλιν κατέλη-
 πται προνοία, ὡς πανταχῶς δὲ ἐπὶ κοσμίῳ,
 ἔμεταπτεμένων, καὶ διορθώσεως τυγχάνον-
 των τῇ ἡμαρτημένων, οἷον ἐν τῷ σώματι ὑγιεί-
 ας διορίσεως, τὰ καὶ πρόνοιας τῶν γινόμενης
 πόλης, καὶ ὅλως τοῦ σώματος. πάλιν ἐφ' ἑξῆς ὁ
 λόγος ὁ διοικῶν συνάπτοι ἔστω ἀνὰ τοῦ καὶ ἴσ-
 το, καὶ διορθῶν τὸ πονήσαν, ὡς τε τὰ κακὰ ἐ-
 πόμενα εἶναι ἐξ ἀνάγκης δὲ, ἔτι πᾶς ἡμῶν
 κατ' αἰτίας ἔχ' ὑπὸ τῆς προνοίας, ἡναγκασ-
 μένων. ἀλλ' ὅτι ἐξ αὐτῶν μὲν συναψάντων
 τοῖς τῆς προνοίας, καὶ δὸς προνοίας ἔργοις. τὸ δὲ
 ἐφ' ἑξῆς συνάπτοι κατὰ βέλησιν ἐκείνης, ἔ
 διορθῶντων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς περὶ ἀνάντων, ἢ
 κατὰ ἀλλοτρίων ἐν τῷ παρὶ * μὴ δὲ οὖν ἔ
 κατὰ πρόνοιαν περὶ ἀχότος, ἢ περὶ ἀχότος
 τὴν ἐν ἡμῖν πάθος. καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ ποιεῖ, παῦν προ-
 νηθῶν πάντων. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο, καὶ
 ἄλλο πρὸς ἄλλο. οἷον ἔτι τῆς ἐλένης κάλλος
 πρὸς μὲν τὸν παρὶν ἄλλο * εἰργασίαν, ἰδομε-
 νίδος δὲ ἐπέθεν ἐπὶ αὐτὸ καὶ ἀκόλαστος ἀκόλα-
 στος, καλὸς καλῶ συμπεσὼν ἄλλο. ὁ δὲ σώ-
 φρων καλὸς ἄλλο, πρὸς σώφρονα ποιῶν, ἢ
 πρὸς ἀκόλαστον ἄλλο ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ ἀκόλαστος
 πρὸς αὐτὸν ἄλλο, καὶ ὑπὸ μὲν τῆς ἀκόλαστος τὸ
 περὶ ἀχότος, ἔτι ὑπὸ προνοίας ἔτι καὶ πρόνοιας.
 τὸ δὲ ὑπὸ τῆς σώφρονος ἔργον, ἔχ' ὑπὸ προνοί-
 ας μὲν, ὅτι ὑπὸ αὐτῆς κατὰ πρόνοιαν ἢ σύμφω-
 νοῦν λόγῳ, ὡς περὶ καὶ ὁ ὑγιεινῶς πράττειν αὐ-
 τὸς αὐτὸς, πράττειν κατὰ λόγον τῆς ἰατρικῆς. ἔ-
 πο γὰρ καὶ οἰατρὸς ὑπὸ τῆς τέχνης ἐδίδου, εἰς τε τὸ ὑγιαίνειν, εἰς τε τὸ κάμνον. ὁ δὲ ἄντις μὴ

A Iam verò sua quadà conditione pulsata, sic quæ
 sunt vocalia resonât: alia verò silentio patiuntur,
 mouenturq; cōsequentia. Proinde ex cūctis ton-
 nis, pafsionibus, actionibus, vna animalis quasi
 vxor vitaq; & actus efficitur. Etenim partes in-
 ter se diuersæ, diuersas habēt & actiones. Aliud
 nanq; pedes agūt, aliud oculi, aliud cogitatio, al-
 liud intellectus. Vnum verò ex cūctis, & proui-
 dentia vna. At fatū à deteriori quodā sumit ex-
 ordium: quod autem est superius, solū prouidē-
 tia est. Omnia enim quæ in mundo intelligibili
 sunt, ratio sunt superq; rationē: nempe intelle-
 ctus & anima pura: quod verò deinceps, quate-
 nus inde prouenit, prouidētia est, & quatenus
 est in anima pura, & quātum inde in animalia
 propagatur Ratio utiq; in partes inæquales di-
 tributa progreditur, iccirco neq; facit æqualia,
 sicut & in quolibet animali. Quod verò deinceps
 ita se habet, cōsequentia quidē comitan-
 tiaq; prouidentia sunt, quæ fiunt si quis dijs ac-
 cepta facit. amica. n. deo est prouidentia ratio.
 Colligantur itaq; eiusmodi quoq; opera: fiunt
 verò nō prouidētia, sed facta iam vel ab homini-
 bus, vel à quouis alio, siue animali siue inanima-
 to: si quid deinceps optimū est, ab ipsa prouidē-
 tia cōprehenduntur, vt virtus vbiq; superet: dū
 videlicet qui errauerāt permutantur, errataq;
 corriguntur, non aliter quā in corpore vno per
 prouidētiā animalis custodem sanitas adhi-
 beatur. Deinde sectione vulnerēq; accidente ra-
 tio rursus dispensans singula deinceps coaptet
 atq; cōglutinet, morboq; sublato restituat sani-
 tatē. Hinc fit, vt mala sequētia sint, & quadā ne-
 cessitate sequētia: & secundū causas apud nos,
 non prouidentia quidem compulsos, sed ex no-
 bis dum coaptamus quidem nostra operibus
 prouidentia, à prouidentiaque profectis, sed
 non possumus quod deinceps sequitur conne-
 ctere secundum prouidentia voluntatem: imò
 annectimus secundum voluntatem eorum qui
 agunt, vel secundum aliud quiddam eorum
 quæ in vniuerso sunt, nec ipso quidem secun-
 dum prouidentia agente vel faciente in no-
 bis aliquam pafsionem. Non enim idem
 facit quodlibet accedens ad quodlibet: sed
 quod idem est, aliud facit ad aliud. Sicut
 pulchritudo Helenæ erga Paridem quidem a-
 liud egit: Idomeneus autem aliter est affectus:
 atque intemperatus intemperato, pulcher pul-
 chro propinquans aliud efficit: Temperatus
 autem pulcher, temperato pulchro aliud: ipse-
 que idem aliud aduersus intemperatum, intem-
 peratusque vicissim aliud aduersus ipsum. Iam
 verò quod ab intemperato fit, neque à proui-
 dentia, neque secundum prouidentia profi-
 ficiscitur. Quod verò à temperato fit, non à
 prouidentia quidem agitur, quoniam fit ab ipso:
 secundum prouidentia tamen agitur, ra-
 tioni nanque prouidentia consentaneum est:
 quemadmodum quod quis sanitati conferens
 agit, ipse quidem agit, secundum tamen me-
 dici rationem: id nanque & medicus ex arte
 tradidisset, quantum vel ad salubria vel
 ad insalubria pertinet. Quod autem quis

* ἢ τις.

* μὴ δ' αὐτὸ

* περὶ ἀχότος

sanitati facit aduersum, ipse quidem facit ac pręter medici prouidentiam agit.

VND E' nam igitur vates etiam deteriora prędicunt: & Astrologi pręter cętera vaticinia hęc quoq; pronunciant: Profectō ex eo, quod cōtraria omnia simul contexta sunt ceu forma atque materia, velut in animali composito quale est & mundus. Itaq; qui formam rationemq; contemplatur, formatum etiam cōtemplatur. Non enim intelligibile animal similiter atq; cōpositum animal intuetur: sed rationem animalis in composito deteriora formantem. Cū igitur vniuersum hoc sit animal, qui ea quę fiunt in ipso videt, videt etiā ex quibus fiūt: prouidentiamq; in ipso regnantem, quę quidē ordine per cuncta procedit & quę sunt & quę fiunt. Hęc autem & viuentia sunt, quorum actiones affectionesq; & ratione superatę sunt, & necessitati permittę: mista igitur cōtemplatur, & quę continuē permiscetur. Atq; ipse quidē prouidentiam seorsum ab eo quod secundum prouidentiam est discernere nequit, vel rursus quod subiectum tradit ex se, ei quod sit in ipso. Sed enim non hominis est id agere, vel sapientis cuiusdam atque diuini: at potius solius dei munus hoc esse quis dixerit. Non enim vatis officium est, quā ob causam aliquid fiat cognoscere, sed sic fore tantum pręnunciare. Arsq; pręfati giendi lectio quędam est naturalium literarū ordinem indicatium, nec vsquam ad inordinatum aliquid declinantium: sed pręcipuē motu mundano id testificante, in lucemq; producente, etiam priusquam in rebus ipsis appareat quales sint, quōtue patiantur. Concurrunt namq; in idem tum hęc vna cum illis, tum vicissim cū his illa, simul ad cōstitutionem perpetuitatēq; mundi interim conferentia. Atq; secundū quādam analogiam, id est, proportionis comparisonem significantia cętera his qui talia diligenter obseruant: quandoquidem alia insuper vaticinia analogia quadam efficiuntur. Non enim oportuit omnia vicissim ab omnibus dependere: assimilari autem inter se quodammodo debuerunt. Idque forsan est quod dici solet, analogia omnia cōtineri. Est autē tale quiddam analogia: Quemadmodū se habet melius ad id quod melius, sic vicissim deterius ad deterius: ceu sicut oculus ad oculū, sic & pes cōparatur ad pedem, tanquam alterum aduersus alterum. Item si placet, quod est virtus ad iustitiam, id virtutum ad iniustitiam. Si igitur in vniuerso regnat analogia, nimirum licet vaticinari: Ac si illa in hęc agunt, sic vtique agunt, vt quę in omni sunt animali inuicem operantur, non quia alterum generet alterum (simul namque gignuntur) sed quia quali natura pręditum est vnum quodque, tali quadam ratione patitur quod est naturę proprię cōsentaneum. Et quia hoc quidem tale quiddam, & tale quiddam hoc similiter: sic enim & ratio vna est.

VII
Quod in prouidentia dei actio artificialis & naturalis est eadē quę gubernat mundum sicut vita plantā.

PRÆTEREA quoniam meliora sunt in mundo, iccirco sunt quoque deteriora. Quoniam enim pacto deterius aliquid in opere multiformi esse potest, nisi sit & melius: vel vicissim quomodo melius, nisi sit & peius? Quam-

A ὁ γὰρ αἰὼν ποιεῖ, αὐτὸς τε ποιεῖ, καὶ τὸ πρῶτον τῶν νοητῶν τῶν ἰατρῶν ἐργάζεται.

ΠΟ' ΘΕΝ οὐδ' ἐπὶ τὰ χεῖρω μάλιστα ποιεῖ λέγει, ἐπὶ τῷ δ' παντὸς φορὰν ὁρῶντες, πρὸς τῆς ἀλλοίας μαντικῆς, πρὸς λέγει ταῦτα. ἡ δὲ ἄλλοι οὐκ ἐπὶ τὸ συμπεπλεγμένον πάντα τὰ ζῶντα οἷον τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὕλην, οἷον δὲ τὴν ζωὴν σωφρονιστὸν ὄντος. οὐκ ἐπὶ τὴν μορφὴν καὶ τὸν λόγον θεωρῶν, καὶ τὸν μεμορφωμένον θεωρεῖ. καὶ γὰρ ὡσαύτως ζῶντων νοητῶν, καὶ ζῶντων σωφρονιστῶν θεωρεῖ, ἀλλὰ * λόγον ζῶντος. ὅν τῳ σωφρονιστῳ μορφοῦνται τὰ χεῖρω. ζῶν δὲ ὄντος τῆς παντός, ὅ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα θεωρῶν, θεωρεῖ ἅμα, καὶ ἐξ ὧν ἐστὶ καὶ τὴν πρῶτον τῶν ἐπ' αὐτῶν. * τιταται δὲ ἐπὶ πάντα καὶ τὰ γινόμενα. τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ζῶντων, καὶ πρῶτον αὐτῶν, ἐπὶ τῶν κρῶν καὶ τῶν λογῶν καὶ αἰσθητικῶν μεμιγμένα. μεμιγμένα οὐκ ἐπὶ τῶν κρῶν καὶ διηλεκτικῶν γινόμενα, καὶ ἀπεκρίνεται μὲν αὐτὸς καὶ διαταται πρῶτον, ἐπὶ τὸ κατὰ πρῶτον χωρὶς καὶ αὐτὸ ὑποκείμενον, ὅσα δὲ ὁρῶντες εἰς τὸ ὑποκείμενον πρὸς αὐτῶν. ἀλλ' ἐπὶ αὐτῶν, τῶν ποιεῖν, ἢ σοφῆς πνοῆς, καὶ θεῆς, ἢ θεοῦ αὐτῶν φαίνεται τῶν αὐτῶν τὸ γένος. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν μάλιστα τὸ δίοτι, ἀλλὰ τὸ ὅτι μόνον ἐπὶ τῶν καὶ τῶν τέχνην, αἰσθητικῶν φυσικῶν ὁρῶντων καὶ τῶν δεινῶν. ἐπὶ δὲ αὐτῶν πρὸς τὸ ἀτακτικὸν ἀποκρινόντων. μάλιστα δὲ κατὰ μαρτυρίαν τῆς φορῆς, καὶ εἰς φῶς ἀγῶντος καὶ πρὶν τῶν αὐτῶν φανήναι, * οἷον ἐκαστος, καὶ ὅσα. συμφέρεται γὰρ καὶ ταῦτα ἐκείνοις, καὶ ἐκείνα τῶν πρῶτον, σωφρονιστῶν ἅμα πρὸς σύστασιν καὶ αἰδιότητα κόσμου. * ἀναλογίαν δὲ σημαίνοντα τὰ ἄλλα τῷ τετηρηκότι. ἐπὶ καὶ αἱ ἄλλαι μαντικαί, τῷ ἀναλόγῳ, καὶ γὰρ εἰς ἀπρητητάτην ἀλλήλων τὰ πάντα, ὁμοιωτάτη δὲ πρὸς ἀλλήλας ἀμνηστική. ἐπὶ τῶν αὐτῶν εἰς τὸ λεγόμενον, ὡς συνέχει τὰ πάντα ἀναλογία, ὡς περὶ τὸ χεῖρον, πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς τὸ βέλτιον, πρὸς τὸ βέλτιον οἷον ὡς ὁμαλῶς πρὸς ὁμαλῶς, καὶ πρὸς πρὸς πόδα, γὰρ περὶ πρὸς γάρον. καὶ εἰ βέλτερος ὡς δρετῆς, πρὸς δικαιοσύνην, καὶ κακία πρὸς ἀδικίαν. εἰ γοῖν ἀναλογίαν ἐν τῷ παντί, καὶ πρὸς πρὸς ἐνὶ, καὶ εἰ ποιεῖ δὲ ἐκείνα εἰς ταῦτα, ὅ τῳ ποιεῖ, ὡς καὶ τὰ ἐν παντί ζῶντα εἰς ἀλλήλας, ὡς γὰρ γάρον γὰρ γάρον, ἅμα γὰρ γὰρ νῆται. ἀλλ' ὡς ἡ πρῶτον ἐκαστον, ὅ τῳ καὶ πρὸς τὸ πρὸς φερὸν εἰς τὴν αὐτῶν φύσιν. καὶ ὅτι τῶν τοῦτον, καὶ τὸ τοῦτον, τῶν ὅ τῳ γὰρ ἐπὶ λόγῳ εἰς.

ΚΑΙ ὅτι τὰ βελτίω, ἐπὶ τὰ χεῖρω, ἐπὶ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸ χεῖρον ἐν πολυεὶς δὲ μὴ ὄντος βελτίονος, ἢ τῶν τὸ βέλτιον, μὴ χεῖρον.

ὡς τῶ

ὡς τε οὐκ αἰπατέον τὸ χεῖρον ἐν τῷ βελτίονι, ἀλλὰ δοποδεκτέον τὸ βέλτιον, ὅτι ἔδοκεν ἐ-
 αυτῶ τῷ χείρονι. ὅλως δὲ οἱ ἀναρῶν ἀξιοῦν
 τες τὸ χεῖρον ἐν τῷ παντὶ, ἀναρῶσι πα-
 νοίαν αὐτῷ. τὴν ὅτι ἔστι; καὶ γὰρ δὴ αὐτῆς, ἐ-
 δὲ τῶ βελτίονι. ἐπεὶ καὶ τὴν αὐτὴν πανοίαν
 ὀνομάζοντες, παρὰ τὸ κάτω λέγομεν. τὸ μὲν
 γὰρ εἰς * ἐν παντί, δεχθὲν ἐν ᾧ ὁμοῦ πάντα καὶ
 ὅλον πάντα. παρὰ τοῦ δὲ ἡδὴ ἐκ ταύτης ἐκα-
 στα, ἐκστάσης ἐκείνης ἐν δὲ οἷον ἐκ ρίζης μιᾶς
 ἐξώσης αὐτῆς ἐν αὐτῇ τὰ δὲ, ἐξελύθησεν εἰς
 πληθὺς μεμελεσμένον, εἰδωλὸν ἑκάστον ἐκεί-
 νου φέρον. ἄλλο δὲ ἐν ἄλλῳ, ἐν ταύτῃ ἡδὴ ἐ-
 γίνετο καὶ ἦν, τὰ μὲν, πλησίον τῆς ρίζης. τὰ δὲ
 παρὶόντα εἰς τὸ πῶρῳ ἐρχίετο, καὶ μετὰ οἷον
 κλάδων ἐκ ἄκρων, ἐκ καρπῶν, ἐκ φύλλων καὶ
 τὰ μὲν ἔμενον αἰεὶ, τὰ δὲ γίνετο αἰεὶ οἱ καρποὶ
 καὶ τὰ φύλλα καὶ τὰ γινόμενα αἰεὶ, εἶχε τὰς τῶ
 ἐπάνω λόγους, ἐν αὐτῇ οἷον μικρὰ δὲ δῶρα
 βεληθέντα εἶναι. καὶ εἰ ἐγέννησεν πρὶν φτα-
 ρῆναι, τὸ ἐχρὺς ἐγέννα μόνον. τὰ δὲ Διόκενας
 οἷον τῶν κλάδων, ἐπληροῦν τὸ αὐτὸ ἐκ τῆς ρί-
 ζης. καὶ αὐτῶν ἄλλον τρόπον πεφυκότων,
 ἐξ ὧν καὶ ἐπαρχε τὰ ἄλλα ἄκρα τῶν κλά-
 δων. ὡς ἐκ τῶν πλησίον οἰεώμεν τὸ πάθος ἐ-
 ναι μόνον. τὸ δὲ κατὰ τὴν δεξιὰν αὐτῶν, τὸ μὲν,
 ἐπαρχε τὸ δὲ, ἐποίησεν ἡ δὲ δεξιὰ * ἀνέστη
 καὶ αὐτῇ. πῶρῳθεν γὰρ ἐλθόντα, ἄλλα τὰ ποι-
 οῦντα εἰς ἄλληλα, ἐξ δεξιᾶς δὲ ἀπὸ τῶ αὐ-
 τῶ, οἷον εἰ ἀδελφὸς δῶν ἐν ἄλλήλοις, ὁμοιοὶ
 γινόμενοι, ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμηθέντες τῶν πα-
 ποιηκότων.

A obrem nō debemus in meliori deterius causari,
 sed potius qd' est melius approbare: quoniā de-
 teriori sui nō nihil impertiat. Omnino autē qui-
 cunq; deterius ē mōdo tollendū censent, tollūt
 ipsam etiam providentiam. Cuiusnam ampli-
 us providentia erit? Non enim sui ipsius, neq;
 etiam melioris: quādoquidem dum supernam
 providentiam nōminamus, ad id eam quod in-
 ferius est referimus. Ipsum namq; in quod om-
 nia rediguntur principium est in quo sunt om-
 nia simul, & omnia totum. Procedunt autem
 ex hoc iam omnia, intus ipso manente, ceu ex
 vna radice in seipsa conquiescente in multitu-
 dinem iam diuisam plurimam pullulant, singu-
 la illius similitudinem preferentia: aliud autem
 in alio hīc iam est factum. Suntq; alia quidem
 propinqua radici, alia verò longius proceden-
 tia diuiduntur, ac velut vsque ad ramos, atque
 ramulos, fructusque, & folia: & alia quidem
 semper manent, alia verò fiunt semper fructus
 & folia. Et quæ semper fiunt superiorum rati-
 ones possident in seipsis, quasi exiguæ quædam
 arbusculæ esse velint. Ac si generarent antequā
 putrescerent, propinquum solummodo gene-
 rant: ipsa verò quasi vacua ramorum spatia
 rursus ab ipsa radice replentur, aliterque natu-
 ra se habent: ex quibus patiuntur extrema ra-
 morum, adeo vt ex ipso propinquo pafio so-
 lum contingere videatur. Quod autem secun-
 dum principium est, hoc quidem patitur, hoc
 D verò facit. Principium verò est ipsum quoque
 cōnexum: procul enim progredientia, alia iam
 in alia inter se agunt: ex principio autem ab eo-
 dem: ceu si fratres inuicem aliquid agant facti
 similes, vtpote qui ex genitoribus eiusdem orti
 fuerint.

MARSILII FICINI IN
 LIB. QVARTVM, TERTIAE EN-
 NEADIS, DE DÆMONIBVS,
 COMMENTARIVS.

SVMMMA TOTIVS LIBRI.

Summa libri, item de dæmonibus, & de dæmone proprio.

SVMMA libri huius de suo cuiusq; dæmone, dæmonici potius quàm diuini est eiusmodi. Anima
 cum sit omnia, motumq; habeat naturaliter liberum, nimirum potest & intra se in proprias omni-
 um similitudines formare seipsam, atq; subinde talia sibi animalium & plantarum corpora con-
 formare. Si igitur more plantæ vixerit: format post hanc vitam plantæ corpus, in quo vegetalis po-
 tentia tantum agit: sensus autem eiusmodi vitæ præsidet tanquam dæmon, nō vt agens, sed vt as-
 sidens speculator. Similiter si anima viuens vt bestia, fiat deniq; bestia sensum cum vegetali duntaxat exercens;
 rationalis huic potestas imminet ociosa, & tanquam dæmon aliquis obseruator. Qui verò ratione vnā cum sensu
 viuunt, mentem habet more dæmonis assistentem: qui deniq; viuunt mente, Deum pro dæmone videtur habere præ-
 fectum. Hac in re Plotinus Timæum ex parte secutus est dicentem, potestatem præstantiorem animæ esse ducem
 hominis atq; dæmonem. Secutus est & carmina Pythagorica: quæ Deum obsecrant, vt quo Dæmon vtamur ostens-
 dat: deinde declarant vnicuiq; inesse pro dæmone quandam naturæ propriæ diuinitatem, quæ pandere nobis possit
 occulta. Hinc ergo Plotinus & Iamblichus Aegyptiorum sententia intellectum vnicuiq; suum præficiunt, tanquā
 dæmonem rationis semper omnia speculantem. Ad hunc verò librum componendum est adductus, vt narrat Por-
 phyrus, magica Aegyptij sacerdotis opera: qui & profitebatur suum cuiq; dæmonem oculis demonstrare, & demon-
 strauit Plotino pluribusq; presentibus, non dæmonem Plotini, sed Deum: quippe cum Plotinus non tam ratione